



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Canones Concilii Anonymi Ex Antonii Avgvstini Codice.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

beram potestatem adulteria & scelera inquirere, vlcisci, & iudicare, secundum quod Canones censuerunt, absque impedimento alicuius. Et cum opus fuerit, ad comprimendos rebelles & contemptores publicum placitum conuocent, non ad præiudicandum, sed potius ad ea quæ Deo placi- ta sunt, & saluti animarum conueniunt, prosequendum.

NOTA.

[*Concilium.*] Inter decimumquartum & decimumquintum capitulo in codice Antonii Augustini, teste Baronio, interposita leguntur duodecim capitula alterius cuiuspam Concilii, quæ ob venerandam antiquitatem digna sunt meo iudicio quæ hoc loco edantur & subiiciantur.

CANONES CONCILII ANONYMI
EX ANTONII AVGUSTINI CODICE.

I.

Vt comes inter honores suos rapinam exercitus legi subiiciat.

II.

Vt imperiales homines ad colloquium sive seruitium imperatoris properantes suis stipendiis sint contenti.

III.

Vt nullus comitum * arimannos in beneficia suis hominibus tribuat.

IV.

Vt homines comitum nullatenus in domibus arimannorum resideant, sed domos reipublicæ instaurent, ibique resideant.

V.

Vt scriptoribus publicis nullatenus interdica-

* f. legen-
dum he-
riman-
nos ex
Francia,
frequenter
talibus et
pind. cap.
14, 18, 35,
67, 68, &
ibi a sbo-
lia et pro
tributo
e scriptari
ponitur,
sed hic pro
persona.

ANNO CHRISTI 904.
* ad. vi. etandi
tur res arimannorum transcribere , si quando eis fuerit opportunum. Quod si occasione * vitandi exercitus, aut placitum , venditæ fuerint, & ipsi eas pendere supersederint , exigatur ab eis vtrumque, sicut ante transcriptionem.

VI.

Vt ipsi arimanni frequentius quam in lege statutum est , ad placitum ire non cogantur , nec a comitibus nec a sculdalisis.

VII.

Vt bannum missi exercitus imperialis solummodo exigant.

VIII.

Vt pastus imperatoris ab episcopis & comitibus secundum antiquam consuetudinem soluatur. Quod si nouo tempore fiscus comitalis in ius ecclesiasticum conuersus est , augeatur stipendium imperiale ab ecclesia , iuxta quod res publicæ fuerint minoratæ.

IX.

Vt omnis decimatio ab episcopo , vel his qui ab eo substituti sunt præbeatur , nullusque eam ad suam capellam , nisi forte concessione episcopi , conferat. Quod si fecisse contigerit , primum legibus subiaceat humanis , postea excommunicatione populi constrictus , ad ultimum ipsa capella , quæ magis contentionem quam utilitatem aliquam præstat , destruatur. X.

Vt plebes ecclesiæ nullatenus aut comitibus , aut episcoporum vassallis , aut villis laicis in beneficia tribuantur.

XI.

Vt in domibus ecclesiarum , neque missus , neque comes , vel iudex , quasi pro consuetudine , neque placitum , neque hospitium vendicent , sed in publicis vicis domos constituant , in quibus placitum teneant , & secundum antiquam consuetudinem hospitentur .

XII.

Vt singulæ plebes archipresbyterum habeant , propter assiduam ergo populi Dei curam singulis plebis archipresbyteros præesse volumus , qui non solum imperiti vulgi solicitudinem gerant , verum etiam eorum presbyterorum , qui per minores titulos habitant , vitam iugi circumspetione custodiant , & qua vnusquisque industria diuinum opus exerceat , episcopo suo renuntient ; nec obtendat episcopus , non egere plebem archipresbytero . Quod si ipse gubernare valeat , quia est valde idoneus , decet tamen vt partiatur onera sua , & sicut ipse matrici præest , ita presbyteri præsent plebis , vt in nullo titubet ecclesiastica sollicitudo . Cuncta tamen ad episcopum referant , nec aliquid contra eius decretum ordinare præsumant .

CONCILIVM RAVENNATE

LXXIV. EPISCOPORVM IN EADEM CAVSA
Formosi & Stephani Romanorum pontificum anno
Domini DCCCCIV. celebratum , tempore Ioannis pa-
pæ IX. & Lamberti imperatoris .

Prælocutio pontificis .

QVIA diuina inspirante misericordia vestra nobiscum conuenit fraternitas , vt nutu sancti Spiritus , qui suis

nun-